

**ESERCIZIO 1 ► FORME DEI VERBI SEMIDEPONENTI**

Traduci le seguenti voci verbali.

- |                            |                            |
|----------------------------|----------------------------|
| a. <i>confidebam</i> ..... | <i>solebamus</i> .....     |
| <i>audebit</i> .....       | <i>fidērem</i> .....       |
| <i>gavīsi sunt</i> .....   | <i>diffisus es</i> .....   |
| <i>audēat</i> .....        | <i>diffidite</i> .....     |
| <i>soliti erant</i> .....  | <i>fidunt</i> .....        |
| <i>fisi eratis</i> .....   | <i>gaudent</i> .....       |
| <i>solēret</i> .....       | <i>gavīsus essem</i> ..... |
| <i>soliti estis</i> .....  | <i>aude</i> .....          |
| <i>diffiditis</i> .....    | <i>ausi essetis</i> .....  |
| b. egli osava .....        | ti sei fidato .....        |
| essi erano soliti .....    | noi godremo .....          |
| egli aveva confidato ..... | avevate goduto .....       |
| tu avevi diffidato .....   | noi ci fideremo .....      |
| che noi confidassimo ..... | che egli confidi .....     |
| diffida! .....             | avrei goduto .....         |

**ESERCIZIO 2 ► VERBI SEMIDEPONENTI**

Completa le seguenti frasi inserendo le forme verbali sottolineate.

- Turpe est quod* ..... *facēre*.  
È vergognoso quello che hai osato fare.
- Haec perficiam amicis meis* .....  
Porterò a termine queste cose confidando nei miei amici.
- Masinissa dixit se semper populo Romano* .....  
Massinissa disse che lui aveva sempre avuto fiducia nel popolo romano.
- Puto neminem patriam suam prodere* .....  
Penso che nessuno oserà tradire la sua patria.
- Nemo* ..... *aliorum calamitatibus!*  
Nessuno goda delle disgrazie altrui!
- Rus cum amicis ire* .....  
Avevo l'abitudine di andare in campagna con gli amici.
- Marcus iuravit se numquam Lucio* .....  
Marco giurò che non si sarebbe mai più fidato di Lucio.
- Puto eos hoc facere* .....  
Credo che fossero soliti fare ciò.
- Pompeius, peditatui* ....., *equitatum praemisit*.  
Pompeo, diffidando della fanteria, mandò avanti la cavalleria.
- Captivi clementia Caesaris* .....  
I prigionieri confidavano nella clemenza di Cesare.

**ESERCIZIO 3 ► MODI FINITI, INFINITO E PARTICIPIO DEI VERBI SEMIDEPONENTI**

Traduci le seguenti frasi.

- a. **1** *Nihil ego in occulto agere soleo.*   **2** *Carthaginenses, victoriā gavīsi, in urbem incēdunt.*   **3** *Rex, cum armis diffidēret, per legatos de pace agere maluit.*   **4** *Homines qui monitis deorum diffidēre ausi sunt, saepe puniti sunt.*   **5** *Diffidite iis qui nimis sibi fidunt!*   **6** *Oportet delicto dolere, correctione*



*gaudere.* 7 *Hannibal tantum terrorem iniecit Romanorum exercitui, ut nemo egrēdi e castris ausus sit.* 8 *Noli audēre maiora viribus tuis!* 9 *Audentes fortuna iuvat.* 10 *Massilienses et celeritate navium et scientia gubernatorum confisi, nostros eludebant.* 11 *Manifestum est Midam, qui in aurum mutabat omnia quae tangebant, illo auro gavisum non esse.* 12 *Sapiens nec dolet iniuriis nec gaudet honoribus vulgi.* 13 *Quis potērit aut corporis valetudine aut fortunae stabilitate confidēre?* 14 *Metellus, diffisus veteri exercitui, novas legiones conscripsit.*

- b. 1 Fulvia ha osato dire parole ingiuriose su di te. 2 Siate fiduciosi nell'opera dei medici e ben presto godrete ancora di buona salute. 3 Perché diffidate delle mie parole? 4 Disperando ormai nella vittoria, i soldati, confidando nella clemenza di Augusto, si arresero. 5 Il re Massinissa dichiarò che aveva sempre avuto fiducia nel popolo romano, nella cui giustizia anche ora confidava. 6 Nessuno pensava che dei cittadini Romani avrebbero osato congiurare contro la patria! 7 Tale era la violenza della pioggia e del vento che non abbiamo osato uscire di casa. 8 Siamo soliti trascorrere l'estate nella casa dei nonni, ove godiamo del sole e del mare.

**ESERCIZIO 4 ► IL VERBO FIO**

- a. Traduci le seguenti forme verbali, come da esempio, dando a *fio* sia il significato di passivo di *facio* («essere fatto»), sia quello intransitivo di «diventare».

<i>fiunt</i> .....	<i>factum esse</i> .....
<i>factus esses</i> .....	<i>fiētis</i> .....
<i>fiat</i> .....	<i>fiēres</i> .....
<i>fiēbamus</i> .....	<i>fiēri</i> .....
<i>fit</i> .....	<i>factus erit</i> .....
<i>factus erat</i> .....	<i>fiēt</i> .....

- b. Traduci le seguenti forme verbali.

diventerà .....	voi diventereste .....
sarà fatto .....	voi sareste diventati .....
egli diventa .....	era fatto .....
egli diventò .....	accadeva .....
che noi diventiamo .....	era accaduto .....

- c. Completa le seguenti frasi inserendo le forme opportune del verbo *fio*.

- Multa sine voluntate nostra* .....  
Molte cose accadono senza la nostra volontà.
- Post Romulum rex* ..... *Numa*.  
Dopo Romolo diventò re Numa.
- Promitto me bonum civem* ..... *velle*.  
Prometto di voler diventare un buon cittadino.
- Accidit ut ab hostibus subita eruptio* .....  
Accadde che dai nemici fosse fatta una improvvisa sortita.
- Lucius e paupere dives* .....  
Lucio da povero diventerà ricco.
- Putabam te clarum virum* .....  
Pensavo che saresti diventato una persona famosa.
- Puto* ..... *ut omnes tibi invideant*.  
Penso che accadrà che tutti ti invidino.
- Putabam haec celeriter* .....  
Pensavo che queste cose sarebbero state fatte rapidamente.



**ESERCIZIO 5 ▶ VERBO FIO E COMPOSTI, COSTRUTTI DA RICORDARE**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Brutus, quia ab Urbe Tarquiniū regem expulērat, primus consul factus est.* <sup>2</sup> *Saepe fit ut tumultus in foro fiant.* <sup>3</sup> *Manifestum est nihil fiēri, nihil factum esse, nihil futurum esse sine causa.* <sup>4</sup> *Narrant Ulixem immortalē fieri noluisse.* <sup>5</sup> *Adventu imperatoris magnus civium concursus fiebat.* <sup>6</sup> *Factum est ut Galli Romanarum legionum impetum diu ferre non possent.* <sup>7</sup> *Ineunte vere nives in montibus liquefiunt.* <sup>8</sup> *Duobus modis fit iniuria, aut vi aut fraude.* <sup>9</sup> *Ex epistula tua cognovi amicū nostrum gravi morbo affectum esse.* <sup>10</sup> *Omnes, ut fiēri solet, victorem laudibus extollebant, victum iniuriis afficiebant.* <sup>11</sup> *Dux prohibuit noctu ignes fiēri ne ab hostibus conspicerentur.* <sup>12</sup> *Puto vobis gravem iniuriam factum iri.* <sup>13</sup> *Senatus benemeritos de re publica cives praemiis afficere solebat.* <sup>14</sup> *Cotidie Pompeius certior fiebat quae res in Caesaris castris gererentur.* <sup>15</sup> *In pugna etiam consul gravi vulnere affectus est.* <sup>16</sup> *Boni cives curent ne res publica labefiat.* <sup>17</sup> *Galba per exploratores certior factus est omnes Gallos noctu discessisse.* <sup>18</sup> *Cotidie fiebat ut hostes incursiones facerent.*
- b. <sup>1</sup> Se vorrai, diventerai uno scolaro migliore. <sup>2</sup> Informami (usa *certiorem facere*) di che cosa è avvenuto a Roma. <sup>3</sup> Cesare, informato (usa *certior fieri*) dell'arrivo di Ariovisto, gli inviò degli ambasciatori. <sup>4</sup> Avvenne che Catilina abbia cercato di organizzare una congiura contro lo stato. <sup>5</sup> Il discorso del tribuno eccitò i cittadini, gli animi dei quali furono riscaldati (usa *calefacio*) dalle sue parole al punto che scoppiò una rivolta. <sup>6</sup> La neve e il ghiaccio si sciolgono (usa *liquefacio*) al calore del sole. <sup>7</sup> La congiura di Catilina fu svelata (usa *patefacio*) da Cicerone. <sup>8</sup> Avvenne che la maggior parte dei centurioni non fosse stata informata del nuovo piano di battaglia.

## Versioni

**VERSIONE 1 Pungenti risposte del filosofo Diogene**

Il filosofo cinico Diogene era noto in tutta la Grecia per le sue mordaci e pungenti risposte. Eccone alcune.

**Costrutti notevoli:**

- verbi semideponenti

*Diogenes philosophus, solitus per Graeciae civitates vagari, olim Olympiam pervenit ac interrogatus num ludos Olympicos nonnumquam spectavisset, respondit: «Spectavi, sed paucos homines vidi: athletae enim veri homines non videntur, quia non ingenii viribus sed corporis utuntur!».*

*Cum quidam olim eum rogavisset qua hora Athenienses prandere solerent, illi Diogenes respondit: «Si divites sunt, cum volunt, si pauperes, cum possunt».*

*Idem, cum ad urbem Myndum<sup>1</sup> pervenisset, quae magnificas ingentesque portas habebat, cum<sup>2</sup> urbs ipsa exigua esset, exclamavit: «Portas claudite, ne egrediatur urbs!».*

1. Myndum = «Mindo», città della Caria. 2. Il cum + cong. ha marcato valore avversativo da rendersi con «mentre invece...».

**VERSIONE 2 Non esistono prodigi!**

Scrive Cicerone che talvolta si verificano fatti che sembrano inspiegabili e che gli uomini attribuiscono a potenze misteriose, ma il saggio è convinto che nulla avvenga senza una causa naturale e che solo la nostra scarsa conoscenza delle leggi naturali induca a credere nei prodigi.

**Costrutti notevoli:**

- semideponenti;
- verbo fio

*Quidquid oritur, qualecumque est, causam habet a natura. Cum autem res nova et admirabilis fieri videtur, causam investigato, si poteris, ratione confisus. Si nullam causam reperies, illud tamen certum habeto, nihil fieri potuisse sine causa naturali. Depelle igitur terrorem quem res nova tibi attulit et semper verbis sapientium confidere aude: sapiens enim facta, quae prodigiosa videntur, numquam fortuito evenisse dicet, quod nihil fieri sine causa potest, nec quic-*



*quam fit quod fieri non potest: nulla igitur portenta sunt*<sup>1</sup>. *Nam si portentum putare debemus id quod raro fit, sapientem esse*<sup>2</sup> *portentum est: facilius esse enim mulam parere*<sup>3</sup> *arbitror quam sapientem esse.*

1. *Nullus* ha valore di semplice negazione, per cui *nulla prodigia sunt = prodigia non sunt*. 2. *sapientem esse*, «essere saggio». 3. Come è noto, la mula è sterile e non può quindi concepire e partorire.

## VERSIONE 3 Cesare previene Pompeo a Durazzo

Nella guerra civile contro Pompeo, Cesare (49 a.C.), dopo aver inseguito a lungo il nemico in Illiria, lo previene a Durazzo per provocarlo a battaglia. Ecco come Cesare racconta l'impresa.

*Caesar eādem celeritate qua solebat usus, saepe conatus est ad pugnam Pompeium provocare, qui autem ne minima quidem audebat*<sup>1</sup>. *Cum exercitu profectus Caesar tertio die ad Pompeium pervēnit iuxtaque eum castra posuit et postridie, omnibus eductis copiis, acie instructa, Pompeium ad pugnam itērum provocavit. Cum illum suis locis*<sup>2</sup> *se tenēre animadvertit, reducto in castra exercitu, aliud consilium cepit ut cum Pompeio decerneret. Itaque postero die cum omnibus copiis profectus est. Pompeius, Caesaris consilium ignorans, putabat eum discessisse rei frumentariae inopiā compulsus; postēa, certior per exploratores factus, castra movit, breviorē itinēre se ei occurrere posse sperans. Quod fore (= futurum esse) suspicatus, Caesar magnis itineribus mane Dyrrachium pervēnit, dum primum agmen Pompei procul cernitur.*

1. *Ne minima quidem audere*, propriamente «non osare neppure le cose minime», quindi «non avere il coraggio di prendere la benché minima iniziativa». 2. Ricorda che il sostantivo *locus* all'ablativo di luogo non è di norma preceduto da *in*.